



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Henricvs Imp. 14. Iulii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

24.IVL. *Vita Sanctorum.* 385
subsellis primus. Is , cùm Virgo ad
supplicii locum ridens contenderet,
rogavit fructus peregrinos sibi è Sponsi
hortis transmitteret. Annuit capite
truncanda I V S T I N A. Mox latus
Zenonis pulsio molliter pulsat , & do-
num à mortuâ Virgine strophium mis-
sum exhibit. Tunc quoque risit, cùm
strophium acciperet, qui horti munera
sperabat. Sed nesciebat ille sub stro-
phio fructus latere. Hoc enim dum
frontem ridens tergit , ecce omnem
animo superstitionem abstergit , Chri-
stum & se Christianum tam diu clama-
tur, dum lingua è faucibus exsecare-
tur. Caput demum pro Christo ponit,
& quod alii tam grave putant, cœlum
ridendo meretur. Ex Ferrar.

S. H E N R I C V S I M P. 14. Iulii.

Gemmam Romanæ Coronæ unicam
Ghic exhibeo HENRICVM. genu-
re Bojorum Duces , D. Wolfgangus
educavit. Quid ni ab his bonum Im-
peratorem spares ? Certè imperium à
se ipso auspicatus Virgo idemque
conjux in triumphum Cupidinem
duxit. Hoc subacto, facile aliquos Imperii
hostes omnes fudit , tum præsertim,
cùm Aether illi militavit, & aciem, cui
votum ante pugnam fecerat, D. Lau-
rentius & cuius gladio accinctus erat,
Adrianus , tum Georgius Angelusque

B b 5 præ-

386 *Vitæ Sanctorum.* 14.IV

præiverunt. Sed ô lepidam fortunæ fi-
ciem ! Tantus belli Imperator ecce i-
pueris vincitur. Obsidebat Trojam
Apuliæ urbē, juratus nec imbelli ratu-
parcere. Cives siye armati, sive suppli-
ces in urbem repulsi. Ad triarios nem-
pe res rediit. Erumpit ergo apertâ pot-
tâ puerile totius Vrbis agmen : signum
Crux præit ; barritus unus omnium,
idem Kyrie eleison auditur. quid mul-
tis ? primâ pugnâ H E N R I C V S ca-
pitur & Vrbs libertate potitur. Adhuc
gravior ille conflictus fuit, quem Mor-
tuus cum acie infernâ habuisse, Dæmo-
nis, qui rem in suis oculis gestam nar-
ravit, fide creditur. Is enim viro Reli-
giofo exposuit, nutasse illic cum Lance
H E N R I C I causam, donec iterum
suppetias ferens Laurentius calicem
sibi donatum pro clypeo objiciens rem
restituit. Id nisi more suo Dæmon con-
finxit, præfidentem esse oportet, cui
cor non palpitat. Ex D.D. Bamberg. Iu.
Gretseri.

S. BONAVENTURA EPISC.
14. Iulii.

Contra quām hodie fieri amat, B O-
N A V E N T V R A M mater ul-
trò Deo & D. Francisco devovit. Apud
hunc pietatem doctrinæ ita junxit, ut
dubiam altera alteri palmarum faceret,
Magnum testimonium Alexander de
Ales